

JEAN I.<sup>er</sup>  
& selon d'autres, Jean II.  
à Paris, en  
Fevrier  
1350.  
a Montereuil.  
b qui.  
c par.  
d possession.  
e euz.  
f du.

Duchesse des devant dis lieux, Contesse de Pontieu & de<sup>a</sup> Montereuil, la Compaigne: Savaoir faisons à tous<sup>b</sup> ka ces Lettres verront, que Nous toutes les Franchises, les Chartres & les Privileges donnés<sup>c</sup> de Nous & de nos Predecesseurs Contes de Pontieu, aus Mayeur & as Eskevins & à la Communauté de notre Ville d'Abeville, voulons, louons & approuvons; lesquelles Franchises, les Chartres & les Privileges avec tous lez usages dont il ont usé & dont il sont en<sup>d</sup> saisine, Nous confermons à<sup>e</sup> aus & à leurs Successeurs perpetuellement, pour Nous & pour nos hoirs Contes de Pontieu, par ces Lettres sceellées de nos Seaulz. *Donné en l'An de grace mil deux ceuz quatre-vingts & huit, cinq<sup>f</sup> mois de May.*

*Quos quidam Literas ac omnia & singula in eisdem contenta, prout & quemadmodum prefati Habitatores & Burgenses dicte Ville Abbatris-Ville, eisdem Privilegiis, Libertatibus & Franchigiis hactenus usi sunt pacifice & quiete, rata habentes & grata, ea volumus, laudamus, approbamus, ratificamus ac tenore presencium de speciali gratia auctoritateque nostra Regia confirmamus: Et quod istud firmum & stabile perpetuo perseveret, Sigillum nostrum quo ante susceptum regimen Regni nostri, utebamus, presencibus Literis duximus apponendum: salvo jure nostro in aliis & omnibus quolibet alieno. Actum & datum Parisius, Anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo, mense Febuario.*

*Per Regem in Requestis suis.*

PELLICIER.

*Acta in sede.*

*Collatio Literarum superiorum  
inferiarum, facta est cum  
Originali per me.*

PELLICIER.

<sup>b</sup> Par.

BESCOT.

Il y a une  
marque d'abre-  
viation sur Pr.  
Voy. la page  
precedente, No-  
te (u).

JEAN I.<sup>er</sup>  
& selon d'autres, Jean II.  
à Paris, en  
Mars 1350.

(a) Lettres par lesquelles le Roy declare que les Monnoyes qu'il a fait battre à Dijon, en son nom, & non en qualité de Baillistre & de Tuteur du Duc de Bourgogne, ne pourront prejudicier ni au Duc, ni aux droits de son Duché.

i bail, tutelle.  
Voy. le 3.<sup>e</sup> Vol.  
des Ordonn. page  
428. Note (b).

*JOHANNES Dei gratia Francorum Rex: ad perpetua rei memoriam. Majestatis Regia prudentia merito commendatur, dum sic Justitia moderatur, quod in suis actibus & commodis, suorum status & jura servantur illesa subditorum. Sane cum Nos<sup>i</sup> Bailium Ducatus Burgundie tenentes ad presens, in Villa de Divione predicti Ducatus, non in vel sub nomine dicti Bailii, sed nostro Regio nomine, Monetam cudi faciamus pro nostre libito voluntatis, tenore presentis nostre pagine, decernimus & novum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod non est intentionis nostre nec volumus quod per hoc Nobis aut successoribus nostris Francia Regibus, in dicto Ducatu aut super dicto Duce vel alia quavis persona sui Ducatus, in jure Montagii seu Monetam cudendi vel aliter quomodolibet, saisina vel novum jus aliud acquiratur, aut quod eidem Duci vel alteri*

NOTES.

(a) Chambre des Comptes de Dijon, Layete des Donat. Liasse 2.<sup>e</sup> cote XXXIX. & Layete des Monnoyes, Liasse 2.<sup>e</sup> cote XXXIV.

Cette Piece a esté copiée sur une Copie qui avoit esté faite sur l'Original, par feu M. l'Abbé des Salles, Editeur des Memoires

pour servir à l'Histoire de France & de Bourgogne, imprimées à Paris, en 1729. 4.<sup>o</sup> J'ay des preuves que tout ce qu'il avoit copié dans la Chambre des Comptes de Dijon, estoit très exact.

Voy. cy-dessous d'autres Lettres du 2. de Janvier [ou de Juin] 1354. sur le même sujet.

*cuiquam de suo Ducatu, vel iuribus eiusdem Ducatus per hoc aliquod præjudicium generetur, seu quod hoc per Nos aut aliquem successorum nostrorum trahi possit ad consequentiam, vel aliam quamvis occasionem monetandi seu Monetam eudendi Regio nomine deinceps in prædicta Villa vel Ducatu, temporibus successivis. Quod ut perpetuo cumlis præbeat firmam fidem, nostrum præsentibus Literis fecimus apponi Sigillum. Datum Parisius, Anno Domini MCCCCL. mense Martii. Ainsî soubscriptes. Per Regem in Consilio suo, vobis & Domino \* Ludumen. præsentibus. Et sign. Y. SYMON.*

\* App. Laudunensi [Episcopo.]

(a) Sauvegarde pour l'Ordre de S.<sup>t</sup> Jean de Jerusalem.

**J**OHANNES Dei gratia Francorum Rex. Notum facimus universis presentibus presentibus & futuris, Nos vidisse Literas inclite recordacionis carissimi Domini Genitoris nostri, formam que sequitur, continententes.

JEAN I.<sup>er</sup>  
& selon d'autres, Jean II.  
à Paris, en  
Mars 1350.

PHILIPPE par la grace de Dieu, &c. <sup>b</sup>

*Nos autem dictas Literas & omnia ac singula in eisdem contenta, rata & grata habentes, ea volumus, laudamus approbamus, ratificamus, & auctoritate nostra Regia, ex certa scientia, de gratia speciali, tenore presentium confirmamus. Quod ut firmum & stabile perpetuo perseveret, presentes Literas Sigilli nostri munimine fecimus roborari: sabo in alius jure nostro & in omnibus quolibet alieno. Actum & datum Parisius, Anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo, mense Martii.*

<sup>b</sup> Voy. le 3.<sup>e</sup>  
Vol. des Ordonn.  
p. 556.

*Per Dominum Regem, ad relationem vestram.*

R. POTIN.

*Collatio facta est.*

NOTES.

(a) Tresor des Chartres, Registre 80. Piece onze vingt & seize. [ 236. ]

(a) Sauvegarde pour l'Ordre de S.<sup>t</sup> Jean de Jerusalem.

**J**OHANNES Dei gratia Francorum Rex: Notum facimus universis tam presentibus quam futuris, Nos vidisse quasdam Literas inclite & felicie recordacionis precarissimi Domini & Progenitoris nostri, formam que sequitur, continententes.

JEAN I.<sup>er</sup>  
& selon d'autres, Jean II.  
à Paris, en  
Mars 1350.

PHILIPPE par la grace de Dieu, &c. <sup>c</sup>

*Nos autem omnia & singula in ipsis Literis contenta, rata, grata & firma habentes, ea volumus, laudamus, approbamus, auctoritate nostra Regia, ex plenitudine potestatis & gratia speciali confirmamus per presentes: Mandantes insuper dictis Senescallis, Bailivis, Receptoribus, ceterisque Justiciariis Regni nostri vel eorum Loca-tenentibus, ad quos presentes Litere pervenerint, & eorum cuilibet prout ad eum pertinerit, quatinus omnia contenta in dictis Literis, compleant, servent & teneant, & diligenter exequantur. Et quod hoc sit firmum & stabile in futurum, presentibus Literis nostrum fecimus apponi sigillum. Datum Parisius, Anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo, mense Martii.*

<sup>c</sup> Voy. cy-dessus, p. 14.

*Per Dominum Regem, ad relationem vestram.*

R. POTIN.

*Collatio facta est.*

NOTES.

(a) Tresor des Chartres, Registre 80. Piece douze vingt [ 240. ]

H iij